

dispensabit. Hinc in hodierna epistola ad nos clamat mater ecclesia Rom. 13. Abijciamus opera tenebrarum &c. Pulchrè valent pro horum deductione sermones duo beati Augu. de aduentu domini. Audientes ergo domini vocem ad natale suum non vocantis, non obturemus corda nostra &c.

**DOMINICA I. ADVENTUS. Sermo. I I.**

**S**OLVITE, & adducite mihi. Mat. 21. & in euangelio hodiern.

Adest dilectissimi nobis tempus deuotissimum, toto cordis desyderio amplectendum, tempus nostræ renouationis in quo per vitæ nouitatem solutis vitiorum vinculis occurrere debemus domino venienti. Siquidem tempus illud, quod ab omnibus domini aduentus nuncupatur, præteritorâ iucundissimæ est memoria, præsentium disciplina, spes certissima futurorum. Quid .n. memoræ iucundis, quâ misericordie illius incomprehensibilis exhibitio? quæ pater vniuersitatis suam, creatorë nostrum, & iudicë, virgineum per partum nobis dedit fratrem & fidelissimū redëptorë. Quem desyderantissimè sciebat patrum ve. test. caterua, in quorum persona suspirans sponfa ait. Quis mihi te detratrem meum fugentem vbera matris meæ vt inueniam te foris, & Deosculer te, & iam me nemo despiciat? Cant. 8. Quæ exponens Greg. super Can. ait: In veteri lege ecclesia Christum expectabat, & in secreto patris manentem, foras venire per carnem ad oculos humanos nõ mediocriter cupiebat, quem & osculari desyderat, quia cõcupiscit vt amore ei feruiat, cui prius non accepta gratia plus timore, quam amore, seruebat, post cuius osculum iam à nemine despicitur, quia postquam Christus venit & suis fidelibus spiritum vbertatis infudit, ab ipsi etiam angelis honoratur. Hæc ille: Est & disciplina præsentium quia quicquid virtutis, quicquid sanctitatis, quicquid meriti, quicquid deniq;

bonum laudabile & disciplinatum in nobis inueniri potest, adueniens in carne dominus in seipso nos exemplauit, & similitudine sui nos ad vitam, quæ vocare venerat, docuit ambulare. Hinc de sanctis animalibus idest fidelibus Deo seruientibus, ait Ezech. Similitudo hominis erat in eis, hominem sine dubio intelligens Christum hominem factum. Ad cuius similitudinem sancti tendunt, vt ad sanctitatis virtutes surgere valeant. Sancti .n. non essent si huius hominis similitudinẽ non haberent, vt dicit Greg. homil. 2. super Ezech. Futurorū deniq; spem bonorum certissimā nobis reddidit dñi aduentus. Quis .n. dubitare poterit nos à Christo affluendos in gloria, propter quos leuandos tanta dignatione descendere dignatus est, & assumere nostra infirma? Hinc Grego. homil. 13. super Ezech. Propterea inquit incarnatus est dominus vt nos introduceret ad fidem, & educeret ad spem visionis suæ. Neq; venit vacuus, sed plenus affluens delictis, fons non clausus, sed patens in domo Dauid, vt prædixit Zach. 13. De cuius plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratia, vt ait Ioa. Bap. Ioa. Simus dumtaxat & nos tales, qui recipere velimus, qui portare possimus, idcirco necessarium est afinum nostrum à grauioribus oneribus libera re huius seculi cui alligat<sup>9</sup> est, & Christi non tam oneribus, quam benedictionibus sufferendis præsentare, excitati verbo domini. Soluite, & adducite mihi. Pro gratia Ave Ma.

Primò secuatidm verbū domini imperatiuum, siue exhortatiuum præmittitur exhortatiua nostri excitatio. Deinde in quibus modis afinus noster soluetur est, & domino adducendus. Quantum primum, quia historiam, quam ad literam resonat euangelium, non hodie sed in die palmarum factam scim<sup>9</sup>. Sed q; per mysterium signat, hodie colimus & per tempus modo infans. Nā sicut tunc ad passionem suam ascensus dominus, afinam & pullum eius in ciuitate ligatos solui, sibiq; adduci præcepit, ac desuper sedens Hierusalem tendit.

Colit ecclesia p misteriu quod in dominica palmarum consummatum est.

Aduēt<sup>9</sup> est memoria p teritorū & p̄sentū disciplina.